



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

IX. Die Martii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

B.V.

denique secuta prostravit; domo exiturus, solebat in cubiculo prius B. V. statuam de genibus osculo salutare, & & flagitare ut illa exeunti prosperè precaretur. Nec prius diuino se sacrificio accingebat quàm à B. Virgine subsidium peteret ad eius Filium ritè pro dignitate tractandum. Deposito Sanctissimo eius Filii corpore in altari illam inuitabat, ut causas suas, coram illo, illa tractaret, suosque libellos supplices illi vnà secum porrigeret; socium quoque in Castris fufis ad B. V. precibus liberauit à morbo graui. Duci Parmensi author fuit, ut in Castris matutino tubarum clangore terriò repetito MARIA Deipara confalutaretur, ac eius imago pingeretur in signis. Vexillum B. Virginis imagine insignè Bruxellis palàm in Collegio collocauit cum Epigraphe: S. MARIA Castrorum acies ordinata: ora pro tuis alumnis qui sub Filij tui IESU, ac dulcissimo nomine tuo, in Catholicis castris hoc imaginis tuae vexillo vsi, operam suam ab anno Domini 1587. Kal. Nemb. vsque ad annum Domini 1609.

praesistere. Quòd inter tot pericula Castrorum nullum vulnus retulisset, MARIANO Rosario adscribebat, quod ille pro baltheo transuersum gestandum, iniiciebat collo quoties miles arma capessere iuberetur. Ex quo sacris est initiatus, B. V. officium quotidie recitauit. Eius imaginem de collo pendulam in Lipsanotheca pectori saepius adstringebat, exosculabatur, amicis iucundè ostendebat, & ad osculum offerebat, suam vocabat, obsecrabat omnes, ut illam bonam Matrem, & dominam tantum amare vellent, quàm possent. Virginibus quarum conscientiam tractabat, illius amorem insinuabat, & suadebat, ut in eius honorem non nisi rarè, & breuiter cum vitis, etiam cum confessorijs loquerentur. Quendam è Patribus anxium super oratione latina dicenda de B. V. coram principibus, ad B. V. Sichemiensis statuam duxit, salutationem Angelicam recitauit, timorem illi omnem aded absterfit, ut dixerit sine timore, cum plausu.

Aut MARIA.

IX. DIE MARTII.

P. IOANNES
FERNANDEZ.

Hispanus
Palentiae. 9.
Mar. 1595.
aet. 59.
Soc. 40.
B. V.

Votatio.

Angelus
eussor.

Hic puero coram B. V. imagine flagitanti ne à studijs auelleretur, B. V. per quietem visa, ex imagine locuta, & pollicita id quod petebat, praedixit, Societati nomenclaturū. Experrectus, Virginitatè vouit, eamque seruauit semper. Romae sacras literas interpretatus, in Belgicis Castris versatus est religione magnà. Equum conscendere pra imbecillitate non potentem. Angeliq̃ue auxilium impensè rogantem, Custos Angelus

repentè ne tactà quidem staphà infella collocasse dicitur. Per 6. annos humi cubans in storea, non nisi suis vestibus est vsus pro veste stragula, singulis noctibus se verberans, & binas, ternasve horas orationi impendens. Aiunt annuè Palentinae ab anno 1587. & 1590. S. P. Ignatium bis ei se visendum praebuisse, Angelorum choros canentes; tum B. Virginem cum sancto celestium Virginum comitatu sanctum quoque Mauritium cum socijs illi sese ostendisse. In laudatione funebri admiranda de illo dicta ad Panegyrim. Plura de illo in eius vita ad annum 1595.

Mortifico.

S. P. Ignat.

B. V.

Sancti.

P. L. V. D. O.

P. LVDOVICVS
GAGLIARDVS.

P. ROBERTVS
PLANTEROSE.

Italus Mu-
tia. 9.
Mar. 1608.
ætat. 96.
Vocatio.

ANno 1559. Patavij primus natus
atribus germanis ad Societatem se
contulit iunioris fratris exemplum
secutus, mirâ Dei vocantis providen-
tiâ, quam in eam annum historia So-
cietatis prosequitur. Vita illi ferè in
Magistratibus acta, & simul in con-
cionibus ad populum per ipsos 30. an-
nos habendis. Mutinæ diuino Sacrifi-
cio perfunctus, dum in maximo tem-
plo concioni cuiusdam nostri adesset,
capite inclinato suauem in mortem
solutus est, socio qui assidebat, illum
placide quiescere existimante.

Mors tem-
pore concio-
nis.

IN hoc viro humilitas profunda, cum
non minus profunda animarum ad-
iuuëdarum siti certauit exemplo stre-
nuo, & raro. Etenim, præter ea quæ
animarum causâ præclare gessit, id
quod faciunt plurimi de Societate, il-
lud adiecit quod est omninò pauco-
rum. Per ipsos 30. annos idem veluti
Sisyphi saxum (at feliciter planè) vol-
uens ab imo gradu inchoans; paruu-
los mirâ diligentia: patientiâ, indu-
striaque docens, ad Rhetoricam vsque
prouexit, mox iterum reuersus ad
classen infimam; quâ ad Rhetoricam
demum perducta, iterum, ac iterum
reuerfionem suam reperebat ab imo
ad apicem illum ascendens.

Gallus Hel-
dij. 9. Mar.
165.
ætat. 63.
Soc. 40.

Humilitas.

Schola.

X. DIE MARTII.

P. FRANCISCVS
GONZALEZ.

ultare est visus, quod ita Deus velle.
6. vel. (vt alij, 16.) Martij post diui-
num sacrificium peractum, dum ad
baculum suum quo nitebatur humi-
lapsus eleuandum se inclinat, apo-
plexiâ ictus pauculis horis vixit.

Lata patien-
tia.

Mors post
Sacrum.

Hispanus
Compluti.
10. Mar.
1570.

IN humili, & contempti obno-
xio huius corpusculo, præter inge-
nium diuinâ, & humanâ literaturâ
instructum, elucebat lucida quædam,
& res altè introspiciens perspicientia
prudentiaque sanctorum, aded vt &
Rector Collegij, & Prouincialis dice-
rent, illius cubiculum sibi esse instar
oraculi pro adminiculo ad regendum.
Inde illi domi, & foris ingens authori-
tas. Cum Deo multum, raro, & bre-
uiter cum hominibus loquebatur.
Tyronibus præerat, illisque lingue
nullo verbo in vllius qualemcunque
maculam stringendæ, magnus & se-
uerus author fuit. Inter acerrimos
quinque annorum dolores effusè ex-

Prudentia
sanctorum.

Lingua
crua.

P. IOANNES
VOELLUS.

HUIC ego tamen vel eo nomine
hoc loco dignum censeam, quod
eruditus sine vlllo vnquam verbo quod
ostentationem saperet, quodque vir-
tutum omnium donis apprime excultus in
Societate vixerit, tamen in laude illa
fortè plures habet, sibi æquales: at in
ista quam subiungo paucos. Atque
cum tanto prudentiâ cum admirabili
charitate coniunctæ ingenio fuisse, vt

Burgundus
Turnone. 10
Mar. 1610.
Soc. 54.

R 2 nemo